

CAPUT XXX.
LAUDES JUNIPERI IN PE-
DUM DOLOR ET CLA-
VIS DECANTAT.

A Capite usque ad calcem pervenimus, restat itaque ut de pedum vitiis externis etiam agamus. Dolore sibi corripiuntur pedes, quo ambulandi facultas impeditur, in primis maximos eis conciliat cruciatus Podagra, qua de cum in arthritidis consideratione egerimus, jam ulterius nihil, brevitatis ergo monebimus.

*Dolor pe-
dum à frig-
ore.*

A causâ frigidâ sèpissimè dolor immittitur pedibus, ut à frigore aliisque causis refrigerantibus, qui si contigat, sequens opponit eidem B. D. D. Schenckius sect. 5. Syntagm. prescrib. medic. cap. 6.

EZ □ *e juniper. 3ij. salv. e. v. 3iB.*
Spir. rorismarin. 3iB. Terebinth. 3iB.

Θ gemm. g. xi.

Misc. in vitro S. Wasser zum Fusse.

*Clavi
quid?*

A clavis etiam dolor pedum frequenter oritur, & sunt clavi tubercula sicca, alba, dura, dolorifica, à pituita crassa, viscida, & acri orta. Ad hos tollendos sequens applicat Emplastrum Grylingius lib. V. med. Pract. part. 3. cap. XI.

EZ *Gumm. ammoniac. galban. à 3iB.*
Virid. er. 3j. ol. juniper. 3ij. Cere 3iB.
Acet. vin. q. f. ad. gummata resolvenda.
Misc. F. l. a. Emplastrum.

CAP.